

de son péché, les démons préposés pour le punir de son péché, et Dieu éternellement vengeur de son péché. Alors l'ennemi du salut se glorifie d'avoir prévalu, d'avoir remporté une pleine victoire, et c'est ce que redoute le Prophète : Seigneur, que mon ennemi ne puisse jamais se vanter d'avoir été le plus fort dans ce combat !

VERSET 5.

Selon l'hébreu, la phrase pourrait être ainsi construite : *Éclaircissez-moi, de peur que je ne m'endorme dans la mort, que mon ennemi ne dise qu'il a prévalu, et que ceux qui me persécutent ne soient dans la joie, si je suis déplacé.* Mais le même sens est dans la Vulgate. Car le prophète demande à être éclairé; sans quoi il s'endormira dans la mort, son ennemi dira qu'il a pris le dessus, et ceux qui le persécutent seront dans la joie, en le voyant déplacé; c'est-à-dire, privé de l'héritage de la gloire qui lui était destiné.

RÉFLEXIONS.

Quand les démons triomphent des hommes, quand ils viennent à bout de les perdre, ils ne goûtent pas une véritable joie. Ces esprits de ténèbres sont toujours malheureux; mais ils satisfont leurs inclinations perverses; ils croient se venger de Dieu. Je ne peux bien expliquer ce sentiment des anges rebelles, et pourquoi ils mettent toute leur industrie et toute leur application à entraîner les hommes dans l'abîme. Il faut qu'endrés dans le péché, et incapables désormais d'aucun bien, ils soient nécessités à faire le mal. Les saints, dans le ciel, n'ont pas la liberté de pécher; leur libre arbitre peut se porter à choisir entre plusieurs biens; et il en est de même des démons, par rapport au mal; c'est par le choix des moyens de tenter l'homme qu'ils peuvent exercer ce qui leur reste de liberté, et cet exercice ne met dans eux aucun sentiment de joie, lors même qu'ils réussissent. Le prophète parle donc de ces ennemis du salut comme s'ils étaient susceptibles de quelque contentement, parce que, dans cette vie, nous savons que les méchants se réjouissent du mal qu'ils font, et que nous sommes portés à juger des démons comme des supérieurs qu'ils ont dans le monde.

Pour moi, ajoute le saint roi, j'espère dans votre miséricorde; comme s'il disait: Ce n'est ni dans la bonté de ma cause, ni dans mes mérites, ni dans les

1. In finem.

PSALMUS DAVID XIII.

Hebr. xiv.

- Dixit insipiens in corde suo: Non est Deus.
- Corrupti sunt, et abominabiles facti sunt in studiis suis: non est qui faciat bonum, non est usque ad unum.
- Dominus de celo prospexit super filios hominum, ut videat si est intelligens, aut requirens Deum.
- Omnes declinaverunt, simul inutiles facti sunt: non est qui faciat bonum, non est usque ad unum.
- Sepulcrum patens est guttur eorum: linguis suis dolose agebant, venenum aspidum sub labiis eorum.
- Quorum os maledictione et amaritudine plenum est: veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem.
- Constritio et infelicitas in viis eorum, et viam pacis non cognoverunt: non est timor Dei ante oculos eorum.
- Nonne cognoscent omnes qui operantur iniqui-

précautions que je prendrai contre mes ennemis, qu'est fondée mon espérance, c'est uniquement dans votre miséricorde. Et tel doit être le sentiment de quiconque se tourne vers Dieu, et sent le besoin qu'il a du secours de Dieu; il ne doit s'appuyer que sur la divine miséricorde. Ce principe est reconnu de tout le monde, il est dans toutes les formules de prières que nous adressons à Dieu; mais dans la pratique, combien d'âmes affligées traitent avec Dieu sans confiance et sans humilité! Combien s'appuient sur leurs propres mérites, sur leurs prétendues bonnes œuvres! Combien s'irritent ou se dégoûtent, quand le secours divin leur est refusé ou différé! Combien se négligent après avoir fait quelques pas dans la route du salut! Combien enfin comptent tellement sur la miséricorde divine, qu'ils ne se croient obligés à rien!

VERSET 6.

L'hébreu dit simplement dans ce verset: *Je chanterai le Seigneur, parce qu'il m'a donné, ou, parce qu'il m'a récompensé.* Les LXX disent: *Annus Kupis et ceteris et ceteris*; ce qui rend clairement le sens de l'hébreu, et la Vulgate est conforme à cette version.

Ces mots, *psallam nomini Domini altissimi*, ont été ajoutés par les LXX, et ne dépendent point le psalme. Il y a apparence qu'ils se trouvaient dans leur exemplaire; on les voit dans la version arabe, et chez les Pères grecs et latins. On les trouve à la fin du septième psalme, et c'est une expression très-familière à David.

RÉFLEXIONS.

Je remarque avec une singulière consolation que ces mots du saint roi: *Exultabit cor meum in salutari tuo*, sont les mêmes que ceux de la sainte Vierge, dans son admirable cantique. La mère de Dieu dit: *Et exultavit spiritus meus in Deo salutari meo.* On peut croire que le prophète a considéré ce salut sous le même point de vue que la sainte Vierge. Or, ce salut est Jésus-Christ, le Sauveur du monde. David a vu ce Sauveur dans toutes les circonstances de sa vie, dans sa génération éternelle, dans sa naissance, dans sa Passion, dans sa Résurrection; il l'a vu comme son fils et son seigneur, comme législateur et comme maître, comme anéanti et comme revêtu de gloire. Pourquoi ne le verrai-je pas ici comme répandant des bienfaits sur le genre humain?

PSAUME XIII.

- L'insensé a dit dans son cœur: Il n'y a point de Dieu.
- Ils sont corrompus, ils sont devenus abominables dans leurs affections (ou leurs actions): il n'y en a aucun qui fasse le bien; il n'y en a pas même un seul.
- Le Seigneur a jeté les yeux du haut du ciel sur les enfants des hommes, pour voir s'il y a quelqu'un qui ait de l'intelligence, ou qui cherche Dieu.
- Tous se sont retirés de la voie, tous ensemble sont devenus inutiles: il n'y en a aucun qui fasse le bien, il n'y en a pas même un seul.
- Leur gosier est un sépulcre ouvert: ils ont usé de leur langue avec fraude; le poison des aspics est sous leurs lèvres.
- Leur bouche est pleine de malediction et d'amertume: leurs pieds sont prompts à verser le sang.
- Il n'y a que désolation et perversité dans leurs voies; ils n'ont point connu la route de la paix: la crainte du Seigneur n'est point devant leurs yeux.
- N'y aura-t-il donc aucune connaissance (aucune réflexion) dans ceux qui ont répété l'iniquité, qui dévorent non peuple comme un morceau de pain?
- Ils n'ont point invoqué le Seigneur: ils ont été

tatem, qui devorant plebem meam sicut escam panis.

10. Dominum non invocaverunt; illic trepidaverunt timore, ubi non erat timor.

11. Quoniam Dominus in generatione justâ est, consilium inopis confudistis, quoniam Dominus spes ejus est.

12. Quis dabit ex Sion salutare Israel? cum avertit Dominus civitatem plebis sue, exultabit Jacob, et latibabit Israel.

COMMENTARIUM.

VERS. (1) 2.—INSIPIENS, *appos.*, mente carens, amens.

(1) De auctore et argumento hujus Psalmi, dissidium est ingens. Sunt qui referant ad odium Saisilii in Davidem, quo tempore David proditum se regi ab invidis Cœlia intellexit. Scriptum mandati ahi, cum David versaretur trans Jordanem cum parte copiarum que in die permanserat, reliquo populo Absalom in partibus Bœta. Theodoros, Euthymius, Nicephorus, Bala venerabilis rejiciunt ad tempus obsessæ per Sennacheribum Hierosolyma; seu potius ad minas Rabsacis, à Sennacherib ad Ezechiâ missi. Impia dicitur hujus Assyrii verba hoc Psalmo recitari credunt. Alii Psalmus est perseverante Babylonicâ captivitate scriptus. Sunt denique qui exhibita hic à Davide censent dogmata atheorum suæ ætatis, quæ dogmata productis de providentiâ Dei argumentis refellit. Patres, quibus moralis explicatio placuit, vaticinium hic agnoscunt periticia Judæorum, qui Jesum Christum insectati sunt, tum in se, tum in discipulis, ipsumque non Deum modò, sed virum justum ac prophetam esse negaverunt. Alii latorem significationem Psalmo tribuentes, generis humani corruptionem et Redemptoris venturi necessitatem in hoc Psalmo vident.

Quibus placet hic cernere reditum è captivitate Babylonicâ, scripte luebrationis honorem tribunt Agge, Daniel, vel alteri Hebræorum vati, trans Euphratem degenti. Censent quidam, Davidem subito corruptum esse, dum vita ætatis suæ describeret, ad captivitatem Babylonicam præmittendam transisse. Aiant tamen alii, sub nomine libertatis è captivitate reditum Davidis Hierosolymam fuso interfecto que Absalomo exprimi.

Nos verò de captivitate Babylonicâ omnia planissimè accipimus. Vates, quicumque tandem is fuerit, trans Euphratem degent. Pingit in hoc Psalmo vitia Babylionorum, illorum terrorem et exitum prædicat, gaudetque conscientia certi ac mox futuri reditus ab exilio, visurum se sperans Judam et Israel in unicum deinceps gentem coactos. Psalmus 52, ita hinc geminus est, ut parùm admodum discrepent.

(Calmet.)

Epigraphe ad Davidem auctorem hunc Psalmum refert. Cum verò ex toto carmine appareat poetam non valuisse, inprimis illorum hominum, de quibus queritur, potentiam reprimere, plerique eorum qui inscriptioni fidem adhibent, de consceleratis et perditis hominibus qui, dum Saisilii regnum obtinebant, bonis omnibus infesti erant, virtutem omnem pessum dabant, flagitia evehebant, Psalmum conqueri existimant. Quibus accessendus est Reddingius, in Observat. philologico-criticis de Psalmis his editis, qui statuit à Davidem carmen hoc composuisse, cum, è vita pastorali vix relicta, in aulam regis se contulisset, ubi omnis generis crimina patrabantur, et aulici, effræna voluptati, petulantia, aliisque flagitiis dediti, vitam degere, à Deo plane alienam. Novum sanè et insolitum, nullo ac simpliciter pastorali spectaculo! non mirum ergo Davidem carminibus suis de hujusmodi hominum perversitate questum esse, ut simul occasionem haberet obtestandi se

saisis de crante, lors même qu'il n'y avait pas sujet de craindre.

10. Parce que le Seigneur est dans la génération des justes; pour vous (*ô impietis!*), vous avez couvert de confusion la conduite du pauvre, parce que le Seigneur est son espérance.

11. Qui enverra de Sion le salut d'Israël? Lorsque le Seigneur aura rappelé son peuple de la captivité, Jacob et Israël tressailliront de joie.

COMMENTARIUM.

Hebr. Nabal, à defuendo, decidendo, vacando, nebulo,

« toto corde Deum suum culturum, et medios inter « pessimis istos homines omnipotentis et fidelis sui « futuris assecum constanter permansurum esse. » Verum enimverò quominus ad Davidem aut ejus ætatem Psalmum referamus, omnino vetant que verum septimo leguntur preces, velle Jova suum populum in patrias sedes reducere, que manifestè exili tempora argunt, quibus Hebræis populus à barbaris hostibus, Jove contemptioribus, miserè oppressus erat, de quorum crudelitate versus quartus queritur. Nos quidem olim, ut inscriptioni fidem tuentur, sumptissimus Psalmum hunc, excepto verso septimo, à Davide in Saisilii aula degente (a) compositum; postea vero, cum prisca carmina in templo publicè decantari et serioribus temporibus accommodari solerent, hic illic mutatum, et alque novo etiam verso septimo auctorem arbitrio, nec tantam esse inscriptionis auctoritatem, ut ejus tenendæ gratiâ talis conjectura sit admittenda.

Cum hoc carmen in hæc ipsa poematum sylloge hic illic mutatum recurrit 52, duplex exoritur questio, una, de causâ hujus repetitionis, altera, utrum illorum genuinum sit, aut prius editum. Quæ de re quamvis certè quidquam non delinverit, viri saltem simile conjecturâ quid assèqui possimus, tentandum est. Atque hæud pauci quidem à Davide ipso duplicem recensionem factam esse existant. In quorum numero est Amyraldus, in argumento ad Ps. 53, qui, « Ego, inquit, nullum aliud in hac repetitione mysticum esse suspicor, nisi quod, cum David poemata sua recenseret, ut quod visum esset in his immutata ret, verba aliqua ad hoc odium addidit, alii qui-

(a) Illi enim tempore, quo Saisilii adhuc regnaret, nullo modo convenire Sionis mentionem vers. 7, quisque ipse intelligit; siquidem hujus montis sanctitas sub Davidico regno demùm conspicua esse copit, altumque de illo monte silentium sub Saulo erat.

(b) Similem de hoc carmine sententiam attulit Venema, qui auctorem ejus, qualem nunc habemus, non Davidem esse putat, sed alium aliquem divinum vatem in ipso exilio Babylonicò; Davidi autem esse attributum, non ex errore ab illis qui titulis orantur Psalmos, nec ut ad Davidis leges poeticas Psalmum esse compositum indicetur, sed ex aliqua Davidis odâ desumptum, ac in aliam formam esse commutatum, et tempore presentè accommodatum. « Cui et inde robur accedit, quod idem hoc carmen tempore Epiphaniæ fuerit cum aliqua variatione, isti et tempore congruâ, à divino aliquo viro revisum, et cum Ecclesiâ communicatum, locum inter Psalmos et tenens 53. Quid autem in hoc Psalmo sit, aut esse potuerit à Davide et quâ occasione factum, tanti non est inquisivisse. » Ad exitum Babylonicum carmen nostrum perire ex Hebræis interpres refert; inter quos Kimchi: *Hic Psalmus ad exitum est referendus: loci sententia (vers. 1). Babylonia: rex innotuit, qui Israelitis subiegit, atque, dimissis eos afficeret, nullum Deum, nullum iudicem existere cogitavit, qui hominibus facta aliquando sit repemur.*

qui mente, virtute omni et sapientia vacat, ratione et cerebro vacuus, non insipiens propriè, sed sceleratus.

busdam omissis, quæ ad tempus recensionis non sequè accomodata videbantur. Quod posteaquam ab eo factum est ad compactionem horum canticorum in unum corpus, collector, quisquis est, neutrum illorum suppressit, sed utrumque, quemadmodum vel primum scriptus, vel revisus et interpolatus fuerat, conservare atque edere voluit. Ad hanc classem et Radalagus est referendus, cui ex locutionibus exquisitis est referendus, qui ex insigni imitatione, que ibi vers. 6 occurrit, maxime probabile fit. Psal. 14 prius editum esse, eo tempore et occasione quo antea dictum est; postea autem à Davide ipso, Absalonis vexationibus (a) retentum, quæ posterior editio legatur Psal. 53, cui etiam versus ultimus sit additus, quem tamen Judæi serius atque etiam priori editioni adjunxerint; illum versus autem satis arguere tale tempus, quo Davides exul à Zione remotus vagaretur, quod accidit tum cum impius Absalomus, excessu omni sensu humanitatis, patrem acerbissimo odio persequebatur. Verum Davidem eam, ante plures annos diverso planè consilio et sensu confectum, recognovisse, equidem nihil persuadere nullo modo possum. Echiornius in Isagoge ad vet. Test., part. 5, hanc ejusdem Psalmi repetitionem descriptionem repetit inde, quod nostrum Psalmorum volumina post rempublicam Cyri beneficio restitutam ex pluribus minoribus carminum antiquorum syntagmatibus sit congestum. Quo in labore fieri potuisse ut collector, immemor carmen in sylloge suâ jam exstare, illud repereret. Eum verò errorem potuisse eo facilius admitti, cum brevis esset Psalmus, atque eo loco ubi primum legitur, satis longè remotus. Equidem hanc ejusdem Psalmi repetitionem non per incuriam, sed consilio potius à novissimis collectoribus factam esse suspicio, quòd, cum utriusque exempli discrepantiam non putarent contemnendas, hanc fidem et diligentem lectoribus præstare vellent, ut utrumque representarent.

Ad illud tempus, quo Sennacheribus, Assyriorum rex, Judeam bello infestaret atque Hierosolymis etiam militaretur, hocce carmen Theodoretus (b) re-

(a) Radingerus eo tempore Psalmum à Davide compositionem arbitratur. Ut breviter dicam, inquit, de tempore Psalmi conjecturam meam, Sionii mentione neque prophetica, neque prolepticam, neque attestam puto eo tempore quo decautus fuit; sed simpliciter usus historicam. Non igitur oque de Saulicis, neque de Hebronis, neque de Israelicis initiis, atque ne externis quidem hostibus ullis Psalmum interpretor; sed de Absalonico tempore hunc etiam, ita ut *versus 2*, sit Psalmo in primis 12 et 36, qui hunc omnino explicat, atque etiam quinto, et cæteris ejus temporibus pluribus. Ad Absalonis turbas Henslerus quoque carmen refert. Verum *captivitatis* nomen in eam, quam Davides ab Absalmo vexatus arripit, fogam, rectè non quadrat. Et si vel maxime concedamus, *captivitatem* pro quavis calamitate gravi, aut miserâ et afflictâ conditione ab Hebræis dictam esse (coll. Job. 42, 10), certè hic dictionis usus sub exilio demum Babylonicò obtinere cepit. Neque verò Absalonis temporibus generalis illa, que in Psalmo describitur, corruptio convenit; nam universa Davides domus, lesiones Gethi et Bethi, omnes Gethai sexcenti viri, Ethai Gethus, Sathoc, Abiathar, universi Levitæ, et Chusai Archætes, 2 Sam. 15, 18, seqq. memorati, qui Davidem secuti fuerant, prohibite ac fidelitate clari erant.

(b) Is postquam historiam ex 2 Reg. 19, sive Isai. 37, exposuisset, in hunc Psalmum ita commentatur: Exordium Psalmi sermonibus Sennacheribi et Babæaces optime congruit. Ibi enim, quasi Deus non esset defensor Judeæ, deceptum esse aiebat Ezechiam. Erant autem eorum, qui cum Sennacheribo

qui stultitiam cum improbitate habet conjunctam, vanus in rebus omnibus, cui omnia deluunt. Nequam, unde Nebata, nefas, de scelere stupri. Nos est Deus. Non est qui provideat, non est Dei providentia. Etiam enim Judicem sonat, ac providentiam respicit, non essentiam, id est, non Deum significat, quatenus est primum ens, rerum opifex, et causa, sed quatenus iudex, moderator, providens. Quare et iudices, rectores, magistratus, etiam hoc inscribunt nomine, etc. Jam nomen tetragrammaton pertinet ad Dei essentiam. Est ergo sensus: Apud se cogitat, etiam non loquatur, sentit, disserit impius non esse Deum, qui iudicet quemquam ex suis factis, Deum qui attendat, consideret, curet hominum res, actiones, opera, Deum qui præmiis pœnisve bene malève agentes afficiat. Quare ruit ad omnia flagitia securus de supplicio. Hinc sequitur: CORRUPTI SUNT, etc., longè enumeratione eorum quibus impij se commaculant propter iudicii, providentiæque Dei inficionem. Sic Chald.: *Non est potestas Dei in terrâ*. Pauci enim sunt, qui putent nullum proorsis esse Deum, id est, nullam primam causam, nullum primum ens, quique cum Dei providentiâ, ejus etiam essentiam negent. Nam illud est de communibus nature notionibus, ut indicat Aristoteles 12 Metaph., et Cicero 1 de Nat. deorum.

VERS. 5. — CORRUPTI SUNT, intellectu et voluntate. Mutat numerum, ut et collectivè et distributivè doceat omnes esse corruptos, peccasse, et egere gratiâ Dei. Sic tractat hunc locum Paulus, Rom. 3, 12. In strabus, consiliis et actionibus, dum à nullo scelere genere abstinent. Activè in Hebr. corruperunt, abominabile fecerunt studium (suum) sive opus. Chald.: *Corruperunt opera sua, et execrati sunt bonum*. Nos est tulit: in quam sententiam nostrâ ætate Paulus incidit, qui præterea, illud non improbabile Isaiæ tribui posse, existimat (a). Verum hinc sententia versus undecimus, qui *captivitatem Israelis* memorat, repugnat, cum Sennacheribus etiam quædam Judeæ urbes cepisset, tamen Israel non in servitutem redegerit, et extra patriam abduxerit.

militerent, studia corrupta, nimirum vita ac mores, ut ne vel unum quidem inter illos Deum reperiret, qui virtutem coleret. Omnia enim in prævidentem declinaverunt (vers. 4, 2, 5). Quid verò? nonne ex ipsa rerum eventu cognoscere Dei potentiam, qui absument populum ejus sicut escam panis, et devorant (vers. 4)? Sane cognoscere omnes ex operibus eum, et qui adversus eos dimicavit; et inde venit illis tremor, unde futurum non credebant. Qui enim suspicari essent, se ab angelo esse perditos? (vers. 5). Deo enim curæ sunt Judæi; et qui deridant consilium ei inopis et modestè de se sententias Ezechie, in Deo magis quam in armis spem suam collocatis, intelligent enim, qui unius Dei præsidio se committit, habere spem que non confundit (vers. 6). Quis enim propter Deum, et eos qui in Sione manerent, salvare posset et convertere captivitatem tribuum que jam erant in servitutem redacta, et esset communis lætitia duodecim tribuum, quarum radix et princeps patriarcha Jacob appellatus est, qui et Israel est cognominatus, ita ut ab eo ipse tribus Jacob et Israel nomen accepit? (vers. 7.)

(a) Paulo ad stipulatur Jacobi, qui in vers. 1 et 4 nostri Psalmi quamdam cum Isai. 1, 4, 7, similitudinem sibi deprehendere videtur.

usque. Ad auxesin hoc repetiverunt à vers. 5. Hoc autem incipit enumerare fructus atheismi, qui valde sunt probis et quietis noxii, ut contra fidei fructus sunt actiones virtutis, pietatis et justitiæ, cuique publicè et privatim utiles.

VERS. 4. — DE COELO, tanquam è speculâ, quid agant homines prospexit, et deprehendit omnes esse per-versos. PROSPEXIT, quasi ex eminenti loco et longinquo aspexit. ANTHROPOPATHOS, Diligenter nunc considerat, ut rependat suo tempore, et pro cuiusque fide ac factis. SI EST INTELLIGENS Deum, per hypozeugma. An sit Deum intelligens et cognoscens, ut ei obediat. In genere docet impios destitutos esse ratione et iudicio. REQUIRENS DEUM, Dei mandata, leges, justitiam. Chald.: *Quærens eruditionem à conspectu Dei* (à Deo). Diligenter Deus prospicit an sit intelligens quispiam, sequere requirens, ut ei adsit, faveat, bona et gratiam tribuat. Nam videre justos dicitur Deus, ut *nôsse*, Psal. 4, 6, quatenus eos beneficiis commulat.

VERS. 5. — DECLINAVERUNT. Reverserunt propriè, à Deo scilicet. In fonte singulariter: *Omnia recessit*; quod aliqui nimium subtiliter expendunt, ut sit metaphorâ à vino, quando in yappam resolvitur ut et Osæe 4, recessit vinum eorum. Sic subtilius, quod sequitur vertunt: *Rancidi facti sunt*, ut jam hoc sit à cibis translatum. Nam verba Hebræica hanc non habent vim. INUTILES, abominabiles sunt propriè, computruerunt, fetuerunt, sine fructibus fidei, sine bonis operibus. NOS EST USQUE AD UNUM. Ne unus quidem. Hebræicè. Est autem hyperbole, quoniam Deus singulis ætatis suos habet electos, à quibus colatur et invocetur. Vel loquitur de insipientibus illis, de quibus insituerat, qui omnes à maximo usque ad minimum in operibus suis corrupti sunt, de quibus Paulus ait, Ephes. 4, 14: *desperantes* (id est, fide et spe destituti) *tradiderunt semetipsos impudicitia, ad operationem omnis immunditie*. Sola enim fides et Dei timor, veluti virtutis retinacula, à peccando homines cohibent, Prov. 15, 27. Ad hunc idiotismum non satis attendens Augustinus exponit, *unum, Christum*, q. d.: Omnes peccaverunt, usque ad unum Christum, sive uno Christo excepto. Verè quidem, sed non appositè.

VERS. 6. — Isti tres versus sequentes nec sunt in Hebræo, nec in Græco, nec in carmine Apollinariano: interjecti autem sunt in Latinis codicibus ex Paulo, Rom. 5, 15, 14, qui, inquit Hieronymus, in hunc locum et in Proemio Comm. in 16 Isai., *de variis Scripturarum locis hoc testimonium texerat*. Nempe primus versus est à Psal. 5, vers. 11, et 159, vers. 4, alter à Psal. 9, vers. 7, et Isai. 59, vers. 7, vel Prov. 1, vers. 1, 16; tertius ex eodem Isai. loco, et Psal. 53, vers. 2. Ne propterea putet aliquid de Hebræicis vel Græcis codicibus fuisse detractum. DOLOSÈ AGEBANT; ad dolos utebantur.

VERS. 8. — CONFITITO ET INFELICITAS. Activè Isai. 59, 7. Toti sunt in contentendis et infelicitate sive calamitate afflictiendos vexandisque hominibus. Aliqui passivè, sed alienius, de contritione, quæ conteruntur et confringuntur, non quâ contrunt; et de infelicitate,

quâ sunt infelices, non quam inducunt. IN VIBIS ROMI. In eorum vita instituto est, ut confringant et venent. VIM PACIS, vitam pacificam, quietam et pacatam odertunt. Non nòrunt pacificè vivere.

VERS. 9. — NONNE COGNOSCENT, me iramque meam adversum peccata, vel divinam ultionem? Nonne sentient vim et potestatem meam? Est enim apoposities; q. d.: Sentient suo tempore, suo magno malo. QUI DEVORANT. De magnatibus loquitur, qui opprimunt populum. PLEBEM MEAM, *hammi* populum meum, pauperes, pios presertim tenuiores. Apertè, in Exod. 22, 25: *Si pecuniam mutuum dederis hammi ethani, populo meo* (nempe pauperi, qui habitat tecum, non urgebis eum. Nam *ethani* expositive subjicitur cum articulo. Ita in Scripturis Deus agnosci pro populo suo pauperes, et sic eos appellat, non divites, quasi illorum proprium sit rex, tutor, pater, defensor. Docet autem in tantâ peccantium multitudine et turbâ se sibi perpetuò servare reliquias, sed quæ crucibus et prædè potentiorum subjaceant. SICUT ESCAM, id est, avidè, cupidè. Quantâ aviditate, voluptate, impunitate, solet devorari frustum panis à famelicis. Quare pro nihilo dictum pauperes devorare, neque magis commoventur, quam si cibum sument. Alii similitudinem referunt ad quotidianas et assiduas populi depraedationes, quemadmodum panis quotidie editur. In Hebr. subaudienda est particula, (sicut) comedunt panem, perhauriendæ ac comedent panem.

VERS. 10. — UBI NON ERAT TIMOR. Timoris causa et occasio. METONYM., ut infra. Psal. 50, 15, ubi nullum est periculum. Hoc docet splendendum existimaverunt, ut et Chald.: *Ibi timuerunt timore mendacii, quod non decebat timere*. Neque enim agitur de quolibet timore, sed vano.

VERS. 11. — QUONIAM DOMINUS. Ratio cur timeant ubi nulla causa timendi. Quia vident Deum bonis adesse, unde prius hemistichium hujus versûs est appendix præcedentis, ut apparet ex fonte. IN GENERATIONE JUSTA. Favet ætati justæ, cum hominibus justis versatur, eis adest. Generatio toto hoc opere ferè significat seculum, et homines alicujus seculi et ætatis, non nationem et costum. Aliqui vertunt, in generatione justorum, justos autem fideles, et pios intelligit Euthym. CONSILIUM MORIS. Initium versûs in fonte, et est apostrophe ad impios. Consilium, quod videlicet Dei opem, in quo uno confidit, patienter inops expectat: propositum ejus de bene agendo, pièque vivendo illustis, *viuperis*, ut habet Chald.; stultum, ridiculum, pudendum existimâstis, hoc solo nomine quia in Deo sperat. QUONIAM, eò quòd posuerit in Deo spem suam: ac in eo consiliorum suorum fundamenta collocarit. Sic Matth. 27, 43, et Sap. 2, 18: Impii suæ irrisionis causam hauriunt è simpliciorum in Deum confidentiâ. *Confidit in Deo, liberet nunc eum, si vult*.

VERS. 12. — QUIS DABIT. Modus optandi Hebræicus, per ephiphonem, utinam ab his malis salvetur Israël. Cum omnia sint corrupta, utinam prodeat ex Sion salus Israeli promissa, vel Salvator Israelis Christus.

Ejus enim adventum optat ex Sion, Isaïa 2, 5, ut per eam depravata natura vel mundus restituitur. Nam Apostolus non tantum ad Judæos, sed etiam ad omnes homines refert, Rom. 5, 10. SALUTARE, *resuscipere*, aliqui putant Septuaginta usurpasse adjectivum neutrum pro substantivo *corruptio*. Ego cœsus de industria propheticè sic passim verisimo, ut intelligeremus illa perferre ad personam Christi, non ad nudam Dei actionem et conservationem. Nam adjectiva significant subjectiva cum accidentibus, ut abstracta, ipsa dumtaxat accidentia. Id colligo ex Paulo, qui sic loquitur, Act. ult. 28 : *Notum ergo sit vobis, quoniam gentibus missum est hoc salutare Dei*; et Simeon. Luc. 2, 50 : *Quia viderunt oculi mei salutare tuum*. Christum, non tantum salutare, sed et salutare atque saluterum. Quare et Hebræi versum istum interpretantur de diebus Messie. Cum AVERTERIT, vel tranquillaverit, *Shab*, utrumque sonat. Respondet interrogationi. Eveniet quod opto,

NOTES DU PSAUME XIII.

Le titre est encore : *In finem, psalmus David* : titre expliqué plusieurs fois.

VERSET 1.

